

etia ut ab ipso corpore profileret, totumque super terram diffunderetur.

30. Postquam Acham deprehensus est in furto Jericho ait textus, Tollens itaque Josue Acham filium Zare argentumque & pallium auream regulam, filios quoque & filias eius adduxerunt eos ad vallem Achori, apud aquasque cum omnis populus. Josue 7. n. 24. Ducitur Acham, ut puniatur, ad quid etiam filii, & filiae pertrahentur, cum solus Acham esset plectendus, ut merito dubitatur Magnus Dydacus de Baeca tom. 3. de Christo figurato lib. 7. cap. 9. §. 24. n. a lege divina vetitum erat, ut parentibus peccantibus filii punirentur Deuter. 24. Jerem. 30. Ezechiel 18. ad quid ergo cum plectendus sit Acham proponuntur ad conspectum ejus filii, & filiae? Ut ipsis lachrymantibus, ac gementibus, parentis esset vehementior dolor, poena acerbius, & animi angustia acutior penetrans viscera.

deut. 27. Ezech. 18. Je. 10. Dolor dilecti maxime angustia parantur.

Acto. 21. n. 16. Venerunt autem, & ex discipulis a Caesarea nobiscum, adducentes secum, apud quem hospitaremur Mnasonem, quemdam Cyprum antiquum discipulum.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE III. Usque ad Vers. 21.

31. Vers. 16. Venerunt autem ex discipulis amore pauli compulsi, apud quem hospitaremur Syrus, ut exciperet nos domi sua. Arabic. Qui hospitio recepit nos apud se Lyranus vult quod iste haberet domicilium in itinere inter Caesarea, & Jerusalem, videri tamen aptius dicendum, quod ejus domicilium, erat in Jerusalem, nec enim pro hospitio unius noctis in itinere eum adducerent secum Adde, quia habebat domum in Jerusalem, ut ibi hospitarentur, aderat festum pentecostes, in quo

Syriac. Arabic. Lyran.

32. Judaei tenebantur adesse Jerusalem ex lege. 2. n. 17 in quo multa futura erat penuria, & difficultas hospitalitatis, & catholici a Judaeis erant expoliati ab omnibus suis, ac proinde paulus elemosynas collectas eis deferrebat Mnasonem, aliqui Codices legunt Jasonem, de quo agitur cap. 18 n. 5. dicitur amicus antiquus de quo questione sequenti, de munere hospitalitatis dixi supra cap. 18 q. 3. n. 19.

Levit. 23.

33. Vers. 17. Et cum venissemus Jero. olyniam L. benter exceperunt nos fratres. Syriac. Hilariter. Arabic. Cum jucunditate. Aethiopic. Abunde. Cum multo gaudio Christiani excipiunt, & abunde secundum suam paupertatem, quia ubi est ingens voluntas omnia suppetunt, agebatur tunc annus Christi 58. in quo incidit mors Beatissimae Virginis Mariae, in qua paulus extitit praesens, ut dixi supra cap. 17. qu. 1. n. 32.

Syriac. Arabic. Aethiop.

34. Vers. 18. Sequenti autem die, nam prima quieverunt utpote fatigati ex itinere, Introibat Paulus ad Jacobum, qui solus tunc aderat in Jerusalem, utpote illius Sanctae Civitatis Episcopus, qua sanctissime per viginti & novem annos, ac penes tres menses gubernavit, & tandem a Judaeis de supremo templi fastigio praecipitatus fullonis fuisse occisus est. Omnes collecti sunt seniores. Aethiopicus, Omnes presbyteri, omnesque majores natu, ac gravioresex Catholicis Beda, & Comestor hoc dicunt fuisse quartum Concilium; nam primum factum est in electione divi Matthiae Acto. 1. n. 15. Secundum in Ordinatione septem Diaconorum, cap. 6. n. 2. tertium de legalibus Acto. 15. n. 6. Quartum hoc dicitur, sed ut bene notant Lorinus, Cornelius a

Mors Vir. gini.

S. Jacob.

Aethiop. Beda.

Acto. 1.

Acto. 6. Lorinus. Cornel.

Lapide hoc non fuit Concilium, quia in eo nihil decretum est, sed quaedam congregatio ut cum majori pompa, atque urbanitate Paulus exciperetur.

Vers. 19. Quos cum salutasset. Syriac. Deditimus ei pacem, scilicet Jacobo. Arabic. Quibus cum osculo salutis. Paulus narrabat per singula, quae Deus fecisset in gentibus. Arabic. Narravit res gravissimas quas Deus per manus ejus fecisset in conversione gentium

Syriac. Arabic.

Vers. 20. Magnificabant Deum. Syriac. Gloriam tribuebant Deo multa millia ex Judaeis, Graecus, Arabicus, Quot sunt myriades Iudaorum. Myrias continet decem millia, hoc ponitur confusè, & significat multa millia, multi ex Judaeis sunt conversi ad fidem; nam in prima concione Petri ultra tria millia Acto. 2. n. 41. & paulo post cap. 4. n. 4. quinque & deinceps, multi alii, non ita Deus Judaeos a se reject, quin ex eis multos elegerit ad salutem.

Acto. 2. Acto. 4. 1

Emulatores sunt legis. Graecus, paginus, Tigurina studiosi sectatores, & legis scilicet Moysaice quasi vellent cum Christianismo eam observare sed jam ab Apostolis resolutum erat jugulum legis non esse imponendum gentibus Acto. 15. n. 6. tamen pro illo primo tempore ut paulatim animi disponderentur aliqua fuerunt praemittenda, sic Paulus circumcidit timotheum Acto 16. n. 3.

37. Graecus. Pagurin. Tigurina.

Vers. 21. Audierunt, quia discessionem doceas a Moysa. Tigurina. Doces discessionem a Moysa, docendo Judaeis, qui inter gentes sunt, non licere circumcidere suos filios, neque secundum receptos Patriae mores, & majorum antiquas consuetudines vivere

Acto. 16.

39. Tigurina.

QUAESTIO V.

Quare Mnason, seu Jason adducitur Paulo a sociis in Jerusalem?

Iste Mnason, seu Jason, ut habet alii Codices dicitur amicus antiquus pauli vers. 6. sive quia erat unus ex Septuaginta duobus Domini discipulis, sive quia inter alios amicos Pauli, qui aderam, erat antiquior. Is cum tam verus, & antiquus Pauli amicus extisset.

40.

Existimo, quod cum ipse videret quod Paulus iret in Jerusalem ad tot, & tantos labores, ipse pauli amore se ei socium obtulit, ac comitem; nam inter arumnas & afflictiones amicus verus multum est adjuvamen, atque levamen; ait, Eccl. 6. n. 16. Amicus fidelis medicamentum vitae, & immortalitatis. Graecus habet pharmacum, sicut qui degunt inter pestilentes, ac morbos contagiosos, ac periculosos solent sibi praeparari medicamenta, ut eorum virtute immunes a periculis evadant ad majorem suavitatem conservationem, sic & deus suis electis inter contrarietates, ac adversitates praeparat, fideles amicos ad solamen, & tutamen tantorum insurgentium laborum d Chrysostr. homil. 2. in 1. Epistol. ad Thessalonicenses, Re vera, ait vitae pharmacum est, fidus amicus, re vera protectio fortis est fidus amicus. Quid enim non efficiet germanus amicus. Si mille thesauros dixeris, nihil tamen germano correspondebunt amico.

41.

Eccles. 6. Graecus.

M. g. sum praesidium bonis amicis.

d. Chry. loft.

Secundo Mnason se offert socium Paulo in Jerusalem, ut apud ipsum Paulus cum sociis hospitaretur v. 16. Ut erat fervidus charitate, ex hospitio exhibitio, & ministrato voluit sibi ex tato obsequio multum meriti copiare. Recipit Abrahamus tres Angelos hospitio, & statim. Fessinavit in tabernaculum ad Saram, dixitque ei, accipe tria sata simila commi-

42.

ce.

Gen. 18. ce, & fac subcinericios panes. Genes. 18. n. 6. Domus Abrahae valde praepotens erat, abundas multis servis, & ancillis; quando enim occasio exigit ex vernaculis suis; 18. armavit, facere subcinericios panes, magis negotium erat ancillarum, quam dominae, magis hoc pertinebat ad Agar, ac alias ancillas quam ad Saram, cur ergo ancillis praetermissis dilectissima uxori totum commisit? Quia ipsam multum diligebat, & videbat, quod res erat virtutis, ac hospitalitatis, & optimus vir, ut sua charissima uxor tantorum meritorum particeps fieret, voluit eam in tanto negotio suam opem impendere D. Chrysoft. ibi; Quoniam (ait) sciebat boni operis magnitudinem, volebat vita sua sociam esse, retribuendum mercedum esse participem.

Gen. 18.

Bonus vir in merito voluit socios.

d. Chry. loft.

43.

Joan. 20. Ad bona opera alij trahenti nobiscum.

Galfrid.

d. Chry. loft. Jacobus magna auctoritas.

2. Reg. 6. Percutitur irreverentia.

quam injuriam pateretur. Num. 4. n. 15. & cap. 18. n. 3. Ipse autem non erat Sacerdos, sed Levita, ut tenet Joseph. lib. 7. Antiquit. cap. 8. & ob irreverentiam Sacerdotibus illatam percussit.

factus Sacerdos.

Ministris Ecclesiasticis, cum Christi personam representent, multa reverentia est exhibenda. Cum piscarentur discipuli Dominus; veiret, de cuius praesentia certior factus Petrus fluctibus indubitater, & generose se committit, ait, Joan. 21. n. 7. Simon Petrus cum audisset, quia Dominus est, tunicam succinxit se (erat enim nudus), & misit se in mare. Multa, & mira hic sunt notanda, Petrus valde festinanter properabat venire ad Jesum, cur moras trahit in tunica sibi adaptanda, deinde; qui se dant fluctibus, maris solent vestimenta sua deponere, ut marinos fluctus valeant facilius superare, Unde ergo venit Petro in mentem, ut dum inter aquarum moles demergitur, vestimentum sibi assumat & quamvis Petrus ut celeriter ad Dominum veniret de omni periculo obliviscitur, recordatur tamen, ut ante conspectum Domini non appareat nisi cum debita reverentia, quae quidem postulabat, ut non nudus, sed indutus coram tanto Domino adstaret. D. Ambr. in epist. ad Roman. c. 18. lib. 15. sic ait: Impatiens desiderii negligens captivitas immemor periculi, non tamen immemor reverentiae, ubi Dominum vidit in litore veste se cinxit, Ut veste compositus, ut debita reverentia exigebat, coram Domino adstaret.

46.

Multa reverentia cum Deo agendum d. Ambr.

47.

Matth. 8.

D. v. inis rebis. multa reverentia.

d. Chry. loft.

QUAESTIO VI.

Quare D. Paulus intrans Jerusalem, statim visitat, ac salutatur cum sociis Jacobum?

Vers. 18. ait Textus, Sequenti autem die introibat Paulus nobiscum ad Jacobum. Erat enim Praesul, ac Episcopus illius Sanctae Civitatis, & ideo ut ait D. Chrysoft. in praesenti: Paulus detulit dignitati Episcopali, quam Jacobus frater Domini Ierosolymis gerebat, & eximia sanctitati, & auctoritati qua pollebat. Et Jacobus quam magna, & eminentis auctoritatis esset apud omnes patet ex quaestione legali Acto 15. n. 13. & ex Paulo Galat. 1. n. 18. Multa reverentia exhibenda est Dei ministris,

d. Chry. loft. Jacobus magna auctoritas.

45.

2. Reg. 6.

Centurio vehementer exoptabat salutem filii sui, & cum a Domino accepisset: Ego vadam, & sanabo eum, & cum jam dominus juxta verbum suum iter arripere, exiit obviam centurio, tamquam viam impediens, Domine non sum dignus, ut intres sub testum meum, sed tantum dico verbo, & sanabitur puer meus. Matth. 8. n. 8. Quid agis bone dux, vehementer pro pueri salute effervescebas, Dominus dixerat, Ego vadam, & sanabo eum, cur non instanter petis, ut con citato gradu peragret, ut ita desiderata pueri salus obtineatur, sed intendis eum divertere ab incepto itinere, Domine non sum dignus, ut intres sub testum meum. O prudentissime magna militiae Princeps, voluit potius periculo pueri salutem exponere, quam in discrimen dare, quod in domo sua aliquid minus apte, ac decenter fieret ad praesentiam tanti Domini, magis voluit consulere reverentiae supremi Magistri, quam exoptatae pueri sanitati D. Chrysoft. homil. 27. in Matth. ait: Sic nec doloris magnitudo adeo ejus animum confundit, ut tanta calamitate pressus non philosopharetur; non enim salutem filii solum respiciebat, sed ne quid minus decenter diceret, aut faceret animadvertere.

Acto. 21. n. 22. Qui ergo est? Utique oportet convenire multitudinem: audient enim te supervenisse.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE IV usque ad Vers. 27.

Vers. 22. Quid ergo id est quid concilii, ac determinationis faciendum in hac re? Oportet convenire multitudinem. Arabic. Absque dubio oportet ut turba ad te confluat, scilicet Judaeorum zelantium legem, & coram eis offendere male de te esse informatos; quia ut nihil dixisti, nec fecisti contra legem, & hoc oportet fieri; quia ipsi sciunt te venisse, hoc dicebat Jacobus ut magnus Praesul pro pace concilianda.

48.

Arabic. Jacobus agit pro pace.

Vers. 23. Hoc ergo fac, hoc dicant, ut notant D. Chrysoft. Occumen non tamquam imperantes, sed

49. sed

Oecum. Syriac.

sed ut consilium dantes, Sunt nobis quatuor viri votum habentes...

Num 6. 50.

Verf. 24. His assumptis, nempe quatuor illis viris...

Græcus. Æthiop.

51. Syriac. Græcus. Arias.

Impe de illis. Syriacus, Expende pro eis expensas...

n. Aug. D. Tho.

52. Preoccupatio.

Verf. 15. De his autem, qui ex Genibus crediderunt...

53. Æthiop.

Verf. 26. Tunc Paulus assumptis viris postera die purificatus est...

54. Græcus.

Verf. 27. Cum septem dies consummarentur...

55. Æthiop.

QUÆSTIO VII.

Quare D. Paulus astat in templo orans, ac jejunans...

Dicitur in Textu verf. 24. His quatuor viris assumpsit...

66. daniel. 9.

Veniam peccatorum postulabat Daniel, & ut ejus oratio esset...

3. Posui faciem meam ad Dominum Deum meum...

Cum maxime Divinus furor exarderet contra Populum...

Cum Rex Ezechias oppressus bello audisset impias blasphemias...

Scribit Propheta Zacharias, quod Jesus Sacerdos magnus...

Astor. 21. n. 27 Viri Israëlita adjuvate, hic est homo...

Verf. 28. Viri Israëlita Judæi qui venerat ex Asia...

CVM EXPOSITIONE V. usque ad Verf. 31.

Verf. 28. Viri Israëlita Judæi qui venerat ex Asia convocant...

christianus conversus ex gentilitate, quia licet ipse non introiret...

61.

D. Chry. Ios. Syriac. Aras. Cornel. Menoch. Tyrin. Etius.

Verf. 30. omnia est tota Civitas, & facta est commotio...

Levit. 16.

63. Atabic.

Verf. 31. Quærentibus eum occideret, cum hoc cognovisset...

QUÆSTIO VIII.

Quare Iudei traherent Paulum extra Templum?

64.

In lege gratia immunitates Temp. Ab. Ient.

Dicitur in Textu Verf. 30. quod cum Judæi viderent Paulum...

65.

D. Chry. Ios.

Quamvis ipse furor, & ira contra Paulum efferverent...

66.

Quid in g. horrendum, quomodo in oculis m. sercor die Perire.

Ait deus per Isaiam, 26. n. 10 Misereamur impio & non disces...

D. Bern.

D. Bernard in declaratione ait, Adhuc inquirendum...

67. Ezech. 9.

Pro hac re expendamus nunc locum Ezechielis ait ipse...

D. Hier. D. Pasch. ceptuag. I. Iohann. in Imitate Temp.

integer iudex, diligens notarius & hoc ad limen templi est constitutum...

Magni Viri Arunæ area, jam à tempore Davidis dicata erat...

Ostendunt discipuli admirabilem amplitudinē ac sumptuositatem...

Astor. 21. n. 33. Tunc accedens Tribunus apprehendit eum...

Ve siones. CVM EXPOSITIONE VI. Usque ad Verf. 40.

Verf. 33. Jussit eum alligari duabus Catenis, una qua manus...